



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

XXXIV. De clericis desertoribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

conus, vel quicumque ex clero recesserit ab ecclesia, nullo modo in alia suscipiatur ecclesia, sed omni modo compellatur, ut ad suam reuertatur ecclesiam: si autem permanserit in superbia, & reuer-  
 ti noluerit, excommunicetur & proiciatur. Si quis  
 autem episcopus ausus fuerit in <sup>\*</sup> sua ecclesia ordi-  
 nare, non consentiente episcopo suo a quo re-  
 cessit, ordinatio eius vacua deputetur.

\* al. cum  
in sua ec-  
cl. ordi-  
nare,

XXXIV.

Si quis presbyter aut diaconus, aut aliquis de clero, propriam ecclesiam derelinquens, ad alteram ecclesiam vadit, & ibi multo tempore demoratur, omnino nunquam ministret in clero: & si admonuerit eum episcopus suus, ut ad suam redeat parochiam, & redire noluerit, ubi est, ibi de suo officio deponatur; ita ut nunquam in suo reuertatur gradu propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter illum susceperit, qui de reatu eius est conscius, oportet ipsum episcopum sine increpatione in communi Concilio non admitti, ut ecclesiasticum Canonem ultra non soluat.

XXXV.

Si quis episcopus, presbyter aut diaconus ex-  
 communicatus, in Concilio iniuste se queritur con-  
 demnatum, ad maius episcoporum Concilium re-  
 uertatur; & eorum inquisitionem & iudicium ex-  
 pectans, si quas se iustas causas habere putat, expo-  
 nat. Si autem contempserit, & <sup>\*</sup> importans se pa-  
 latio, aures principum inquietare voluerit, hic ad  
 nullam veniam poterit peruenire, neque spem futu-  
 ræ reconciliationis habebit.

21. q. 4. Si  
quis episco-  
pus. ex C6c.  
Antioch.  
Can. 11.

\* impor-  
tunans  
alias, im-  
portunus  
palatio